

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 1554

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 110 / Round 709

**Auteur(s) :** Adelelmus, ancien chevalier de Robert le Magnifique [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1037-1046]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard corrobore l'acte par lequel Adelelmus, ancien chevalier de son père, donne au Mont-Saint-Michel le bénéfice qu'il avait reçu de Robert le Magnifique : la Croix[-Avranchin] et ses dépendances Villiers[-le-Pré], Ballant, Saint-Georges, trois charruées à Jersey avec les droits annexes de tonlieu et d'usufruit.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°110, p. 270-271.

## Dissertation critique

La date de cet acte ne saurait être établie exactement, les « signa » comportant des contradictions chronologiques : Hugues, évêque d'Évreux, meurt en 1046, et Hugues, évêque de Lisieux, commence son épiscopat en 1049. La date proposée résulte des épiscopats de Mauger à Rouen (1037-1055) et de Hugues d'Évreux (1015-1046) (FAUROUX, p. 270).

Texte établi d'après a

Predestinatione omnipotentis Dei, Patris et Filii et Spiritus Sancti, a quo omne datum optimum est et omne donum perfectum, cuius omnis terra et plenitudo ejus orbis terrarum et qui habitant in eo, qui etiam matrem ecclesiam ita dignatus est in terris exaltare ut per eam promereatur fidelis populus ad cælestem patriam hanelare, accidit quod Rotbertus nobilissimus Normannorum dux, piissimi Richardi principis filius, vicum Crucis qui situs est inter Bivronem et Montem Sancti Michaelis dedit in beneficium cuidam militum suorum nomine Adelelmo. Qui catholicus Dei aspiratione compunctus, predicto principe mundanis rebus adempto, apud ejus filium venerandi patris heredem dignissimum devotissime postulavit, ut pro religione divina tam ad anime sue quam ad parentum suorum redemptionem, et maxime abbate Suppone de rebus æcclesiaæ promerente, beneficium quod tenebat sanctissimo Michaeli archangelo sibi liceret contradere : videlicet predictam Crucis villam atque talia ejus membra, Vilers, Baleent, Sanctum Georgium, terram trium carrucarum in insula Gersoi cum omnibus quæ ad hec pertinent, thelonio scilicet et toto terrarum usu fructuario. Hanc igitur condonationem religiosus princeps et fieri permisit, et de sua parte fieri in perpetuum archangelo concessit, eo quidem tenore, ut quicumque aliquatenus huic statuto presumpserit contraire, Dei omnipotentis atque omnium sanctorum excommunicetur auctoritate. Hujus itaque cartule firmantium subscribuntur nomina testium.

+ Ego Willelmus, Dei gratia Normannorum dux et princeps, hanc donationis cartulam propria manu corroboravi, et meis episcopis ac primatibus corroborandam tradidi. + Signum Adeleimi militis, hujus donationis largitor et auctor  
+ Signum Beatricis uxoris ejus. + Signum Rotberti filii ejus. N Ego Hugo, Abrincacensis episcopus, manu propria firmo. + Signum Malgeri archiepiscopi. + Signum Hugonis Ebrocaccensis episcopi. + Signum Hugonis Luxoviensis episcopi. + Signum Nielli vicecomitis. + Signum Guillelmi filii Guillelmi comitis. + Signum Rotberti pincerne. + Signum Richardi vicecomitis. + Signum Guillelmi fratris ejus. + Signum Haimonis vicecomitis. + Signum Radulfi. + Signum fratris ejus Hernisi. + Signum Gaufredi vicecomitis. + Signum Gisleberti Crispini. + Signum fratris ejus Guillelmi. + Signum Hugonis vicecomitis. + Signum Turstinci filii Rainaldi. + Signum Guillelmi fratris ejus. + Signum Turstinci vicecomitis. + Signum Hugonis filii Huberti. + Signum Hugonis Paisfolet. + Signum Turstinci Gazel. + Signum Guidonis, filii Rainaldi comitis. + Signum Richardi filii Turstinci. + Signum Roberti fratris ejus. + Signum Rannulfi filii Ascelini.